



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

§. 9. Formula tehabilitationis ad Beneficia obtinenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

Et insuper eadem authoritate Apostolica tecum dispenso super Irregularitate, quam ex Simonia, & ex violatione postea contraxisti, ut illa non obstante, in tuis Ordinibus, etiam Altaris ministerio ministrare, ac Beneficia, si quæ tibi alias Canonice conferantur, non tamen Beneficium, quod simoniacè obtinuisti, & dimisisti, recipere, & retinere licetè possis, & valeas. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

§. 9.

Formula rehabilitationis ad Beneficia obtainenda.

I. Leander &c. Discreto Viro Confessario. Pro parte Sacerdotis Latoris præsentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipse alias à Sacra Pænitentiaria absolutionem & dispensationem super Irregularitate per eum contracta obtinuit, cum hoc tamen inter cætera... ut ad quæcumque Beneficia Ecclesiastica in futurum obtainenda perpetuo remaneret inhabilis. Cum autem dictus Lator hujusmodi inhabilitatem per aliquid tempus sustinuerit, & pressus sive propria sive suorum paupertate, Beneficia recipere licetè posse

posse desideret; Iden pro sua conscientiae quiete cu-  
pit Sedem Apostolicam secum desuper dispensari.  
Quare &c. Nos &c. Discretioni tuae committi-  
mus, quatenus, si est ita, cum dicto Latore, au-  
dita prius ejus Sacramentali Confessione, dum  
modo suffragentur sibi digni Pœnitentiæ fructus  
& merita, salvis alioquin remanentibus, omni-  
bus aliis sibi in prædictis absolutione, & dis-  
positione impositis, quod, pœmissis non obstantibus,  
quæcunque Beneficia Ecclesiastica, sive cum cu-  
ra, sive sine cura, quatenus illa ei alias Cano-  
nicè conferantur, recipere, retinere, fructusque  
recipere licet valeat, misericorditer dispenses in  
foro conscientiæ &c. Alio modo &c. Suffragen-  
tur &c. Datum &c.

2. Hic examinare debet Confessarius,  
an causa finalis verificetur, & an Pœni-  
nitens redditus sit dignus illa gratia. Jux-  
ta merita quoque Pœnitentis Pœniten-  
tiaria aliquando rehabilitat ad Beneficia  
simplicia, aliquando cum cura.

3. Post absolutionem à censuris, &  
peccatis fit rehabilitatio, seu dispen-  
satio juxta hanc formam:

*Insuper autoritate Apostolica mihi  
specialiter delegata tecum dispenso, ut  
non obstante inhabilitate ad Beneficia  
Ecclesiastica, qua detineris, quacun-  
que Beneficia Ecclesiastica, tam chro-*  
CHI

Cura, quam sine cura, quatenus tibi alias  
Canonice conferantur recipere, & re-  
tinere, fructusque eorum percipere li-  
cite possis, & valeas. In nomine Patris,  
& Filii, & Spiritus sancti, Amen.

§. IO.

Defructuum male perceptorum ex  
Beneficiis Ecclesiasticis condo-  
natione.

1. Fructus male percipiuntur, vel ob  
non recitationem horarum Canonica-  
rum, vel ob nullitatem tituli Benefi-  
cii. Fructus male perceptos condonat  
S. Pœnitentiaria Sacerdotibus pauperi-  
bus mediante aliqua eleemosyna, diviti-  
bus per compositionem; In utroque ve-  
ro casu requiritur, ut obligatio restituend  
i sit occulta, nam in publicis est recur-  
rendum ad Datariam.

2. Formula condonationis fructu-  
um male perceptorum ob non recita-  
tionem Horarum Canonicarum.

Leander &c. *Discreto Viro Confessario:*  
Pro parte Latoris præsentium Nobis oblata pe-  
titio continebat, quod ipse alias Beneficium Ec-  
clesiasticum possidens, Horas Canonicas recitare  
omisit, & tamen fructus ex præfato Beneficio sem-

per